

regem detulerunt, a quo redargutus *respondit se fecisse ut regem*. Rex quoque *in eo signa sui generis deprehendens a pastore suo de singulis* didicit *veritatem*. Quapropter *filium sui secretarii* occidit et *clanculo* pro inobediencia *patri* tradidit *comedendum*, inscio tum patre post tum rei comparit veritatem. Idem autem secretarius *persuasit* Persis, *ut Spartacum regem* reciperent *et vocavit eum Cyrum*, quod interpretatur *heres*.

Quod et factum est, *audiens hoc Astyages Darium* vocavit et *in filium adoptavit*, cum exercitu quoque eundem *contra Persas* destinavit. Perse quoque cum *Cyro adversus Darium* pugnantes *fugerunt*, *uxores autem et matres eorum detectis posterioribus* fugientibus occurrerunt dicentes: *Vultisne iterum in uteros matrum introire et nasci!* Quo pudore animati *Perse redierunt* et *acriter* pugnaverunt et *victus est Astyages*, cui *Cyrus regnum Hircanorum* contulit. *Darium* secum in *regno Medorum* permisit, ita ut *ad* se rediret, suam vero sedem in Persis constituit, eo quod ab eis in regem fuerat sublimatus. ...

dente se ut regem facere, rex miratus quesivit *a pastore de singulis veritatem*. *Deprehendit* enim rex *quedam sui generis signa in eo* et *commisit alendum* diligencius estimans in regno *puerorum* nepotis regnum et *coniecturam impletam*. *Filium secretarii sui* ipsi *dedit clanculo comedendum*, quia puerum non occiderat, ut precepit. Postea eadem *commisit exercitum contra hostes* et *persuasit exercitui, ut Spartacum regem Persidis* elearent. Quod factum est *et vocavit eum Cyrum*, id est *heredem*.

Astyages hoc audiens in Media sedit, et quia filium non habuit, non cupiens nepoti de regno *Darium* conso-brinum suum *adoptavit in* successor-em. Quem misit pugnare *contra Cyrum et Persas*, qui primo *fugientes* postea victores fuere. *Cyrus* autem avo dedit *regnum Hyrcanorum* et *Dario regnum Medorum*, ut *ad* eum *reverteretur*¹¹⁹. ...

Cyrus postea Babiloniam destruxit et vicit Cresum regem Liddorum, qui in auxilium illius urbis convenit, sed a regina Scytharum Themere per exercitum videlicet Massagetarum, ut dicit Iosephus, occiditur, que caput eius utrem in sanguine plenum misit

119) Petrus Comestor, Historia scholastica (wie Anm. 48) Dan. c. 16 (Sp. 1470D-1471C).

120) Petrus Comestor, Historia scholastica (wie Anm. 48) Dan. c. 19 (Sp. 1474C); Frutolf-Ekkehard, Chronicon (wie Anm. 54, S. 55); Otto, Chronica (wie Anm. 52) II 14 (S. 83).

121) Petrus Comestor, Historia scholastica (wie Anm. 48) Dan. c. 19 (Sp. 1474C); Gottfried von Viterbo, Pantheon (wie Anm. 54) IX § 196 (S. 145).

122) Frutolf-Ekkehard, Chronicon (wie Anm. 54, S. 55); Otto, Chronica (wie Anm. 52) II 14 (S. 83); Gottfried von Viterbo, Pantheon (wie Anm. 54) IX § 196 (S. 145).